This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600028603P

1884. V. 1.

DIEI NATALIS

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

GUILELMI I

GERMANORUM IMPERATORIS REGIS BORUSSIAE

FAUSTISSIMA SOLLEMNIA

QUORUM LAETITIAM ORATIO

AB ELOQUENTIAE PROFESSORE PUBLICE CONSTITUTO

RICHARDO FOERSTER

HABENDA INTERPRETABITUR

DIE XXII MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXXXIV

IN MAGNA AULA HORA I POST MERIDIEM CELEBRANDA

INDICUNT

RECTOR ET CONSISTORIUM ACADEMICUM

UNIVERSITATIS CHRISTIANAE ALBERTINAE KILIENSIS.

INEST RICHARDI FOERSTERI DISSERTATIO DE TRANSLATIONE LATINA PHYSIOGNOMONICORUM QUAE FERUNTUR ARISTOTELIS.

KILIAE
PROSTAT IN LIBRARIA ACADEMICA.
EX OFFICINA SCHMIDTII ET KLAUNIGII
1884.

De translatione latina Physiognomonicorum quae feruntur Aristotelis.

Translationes vetustas latinas in crisi operum Aristoteleorum permagni esse momenti ut hodie neminem fugit, ita ego quoque translationi Physiognomonicorum singularem operam esse navandam iam diu intellexi. Atque ut promisso quod ante hos duos annos promisi[1]) stem iterum scribendi occasionem laetissimam nactus de forma genuina, origine, pretio huius interpretationis disseram.

Ac quoniam haec translatio, quam T littera insignire liceat, inde a fine saeculi XV saepius quidem, nunquam vero ita edita est, recte ut de ea iudicari possit, prima debet esse quaestio de codicibus qui eam continent. Horum numerus maior est quam ut omnes me explorasse spondere queam. Quibus autem translationem contineri vel *αἰτόπτης* vel amicorum opera sciam, hi sunt:

1. Parisinus lat. 16083 membr. s. XIII/XIV fol. 90—94
2. Paris. lat. 16088 membr. s. XIII nitidissime, sed neglegenter scriptus, fol. 45 b—51
3. Paris. lat. 16097 s. XIV fol. 107 b—112
4. Paris. lat. 17837 membr. s. XIII fol. 215 b—223 pulcherrime, sed mendosissime scriptus[2])
5. Vaticanus lat. 2074 membr. s. XV fol. 181—191 b
6. Vatic. lat. 2083 membr. fol. 85 b—89 b
7. Vatic. lat. 2084 membr. s. XV fol. 111—120
8. Vatic. lat. 2085 membr. fol. 366—373
9. Vatic. lat. 2091 membr. fol. 290—295
10. Urbinas lat 1319 chart. fol. 80—99
11. Reginensis lat. 1151 chart. fol. 23—28
12. Regin. lat. 1311 membr. fol. 172—175
13. Chisianus H. VII, 238 membr. fol. 121—126
14. Laurentianus 84, 3 membr. s. XIII fol. 260 b—266
15. Laur. 84, 12 membr. s. XIV fol. 17—22
16. Laur. plut. 15. sin. cod. 9 membr. s. XIII fol. 23—25, desinit verbis: *ea quae videntur in corporibus dicuntur.* (= p. 10, 2)
17. Laur. cod. CLXVII medic. Faesul. s. XIV fol. 234—239
18. Ambrosianus G. 70 sup. membr. s. XIV fol. 13—16

---

[1]) De Aristotelis quae feruntur physiognomonicis recensendis p. 23.

[2]) ‚Physonomia Aristotelis,' quae codice Parisino lat. 6298 fol. 155 et 156 continetur, ut Alfredus Iacobus me certiorem fecit, non libellus noster, sed epistula illa Aristotelis ad Alexandrum est.

19. Marcianus Append. lat. class. VI cod. XXXIII, olim Patavinus bibliothecae S. Ioannis in Viridario plut. XXIII, membr. saec XIV
20. Patavinus bibl. Antonianae cod. 370 membr. s. XV fol. 5
21. Caesenas bibl. Malatestian. plut. XXII cod. 1 anno 1446 scriptus secundum Muccioli Catalogum cod. Malat. Caesen. I p. 78
22. Panormitanus bibl. Senator. cod. 2 Qq. G. 31 chart. s. XIV fol. 187—195
23. Cantabrigiensis bibl. Univers. Ii 11. 10 fol. 178—184
24. Oxoniensis Colleg. Balliol. CCXLV membr. s. XIV fol. 146—149 b
25. Oxon. Colleg. Merton. CCLXXXI membr. s. XIV fol. 180 b—184
26. Leidensis Vossianus Chymicus Qu. 27 chart. s. XVI fol. 130—141
27. Monacensis lat. 637 s. XV fol. 1—11, desinit verbis: *curviora et carnosiora habent sunt memores.* (= p. 9, 14)
28. Monac. lat. 8003 membr. s. XIV fol. 43 b—48
29. Monac. lat. 14147 membr. s. XIV fol. 135—139 cum scholiis marginalibus largis quidem, sed parvi pretii
30. Gothanus membr. I n. 124 s. XIV fol. 309—316 diligenter, sed parum dilucide scriptus
31. Erfurtensis bibl. Amplonian. cod. Qu. 15 membr. s. XIV fol. 3—8
32. Erfurt. bibl. Amplon. F. 16 membr. s. XIV fol. 51 b—60
33. Pragensis bibl. Univers. IV D 6 membr. s. XIII exeuntis fol. 159 b—163
34. Prag. bibl. Univ. IV H 6 chart. s. XIV fol. 81—114, qui commentarium ad verba translationis continet
35. Vindobonensis lat. 87 membr. s. XIV fol. 312 b—317 b
36. Vindob. lat. 4753 chart. s. XIV fol. 157—163
37. Vindob. lat. 2291 membr. s. XIV fol. 161b—165 b
38. Vindob. lat. 2346 membr. s. XIV fol. 136—144b
39. Vindob. lat. 5247 chart. s. XIV fol. 117b—124b
40. Lipsiensis bibl. Paulin. 1397 membr. s. XIV fol. 12—16
41. Lips. bibl. Paul. 1118 membr. s. XIV fol. 257—258b
42. Lips. bibl. Paul. 1339 membr. s. XIV fol. 259—265
43. Lips. bibl. Paul. 1368 chart. s. XV fol. 153—158b.

Ex hoc numero digni mihi visi sunt quorum scripturam integram adnotarem hi quattuor: Parisini 16097 (=A) et 16083 (=B), Vindobonensis 87 (=F), Monacensis 14147 (=R). Praeter hos contuli integrum Gothanum, qui est mendosissimus, e parte codices Par. 16088 et 17837, Laur. CLXVII med. Faes., Oxon. Mert. CCLXXXI et Monac. 8003. Plures codices excutere non opus esse mihi visum est reputanti quattuor illos ad formam genuinam textus restaurandam fere sufficere.

Numerus locorum, quibus hi omnes vitium ceperunt exiguus neque hoc difficile ad sanandum est. Si codices non ad unum omnes concinunt, plerumque quidem consensu trium vel duorum genuina lectio nititur, sed haud rari sunt loci, quibus unus codex A, rariores, quibus unus codex F, rarissimi, quibus unus R lectionem veram servaverit. In F culpa librarii perquam saepe vocabula omissa sunt. B modo cum A, modo cum R consentit; quae propria habet, fere non probanda sunt.

Neque lectiones editionum in apparatum criticum recipere e re visum est. Scatent enim vitiis innumeris neque ullam praebent lectionem bonam, quae non in uno saltem e quattuor nostris codicibus reperiatur. Quarum prima, Veneta I (=V1), anno 1482 per magistrum Philippum Venetum curata,[1]) e codice qui similis fuit Gothano fluxit. Haec peccatis nonnullis typothetarum correctis, aliis autem illatis in editione Veneta II (=V2) anno 1489 per Bernardinum de Tridino de Monteferato facta[2]) iterum lucem aspexit. Tertia, quae prodiit Venetiis (=V3) anno 1496 opera Gregorii de Gregoriis[3]), et ipsa editione principe nititur, sed, ut videtur, ope codicis qui aliquatenus F codici similis fuit emendata, simul autem novis mendis foedata est. Quarta editio Veneta (=V4) anno 1508 per Bonetum Locatellum presbyterum curata[4]) fere nihil aliud nisi secundam (V2) repetivit, ut quinta, quae Papiae anno 1515 prodiit,[5]) quartam, et sexta, quae anno 1517 Lipsiae opera Matthiae Leucomanni Cygnei prodiit,[6]) tertiam.

Iam sequatur translatio ad codicum fidem recensita.

---

[1]) In calce editionis (fol. 348) leguntur haec: *Expliciunt opera Aristotelis de naturali philosophia impressa Venetiis Duce inclito Joanne Mocenico per magistrum Philipum Venetum: eiusque impensis diligentissime emendata: Anno domini Millesimo CCCC. LXXII. pridie Nonas Aprilis.* ‚Phisionomia' continetur foliis 218 b—226 b. Usus sum exemplari Monacensi.

[2]) In calce editionis leguntur haec: *Omnia Aris. opera cũ Cõmẽto Averrois. Impressa Venetiis Accurate ac Diligenter per Bernardinum de Tridino de Montefẽrato. Anno a Natali Cristiano. M.CCCC.LXXXVIIII. Nonis. Septembribus.* ‚Physionomia' continetur foliis 270 et 271. Usus sum exemplari Vratislaviensi.

[3]) In folio extremo (404) leguntur haec: *Impraessum est praesens opus* (opera Aristotelis) *Venetiis per Gregorium de Gregoriis expensis Benedicti Fontanae Anno salutifere incarnationis domini nostri. M.CCCCXCVI. Die vero XIII. Julii.* ‚Phisionomia' continetur foliis 342—347 b. Usus sum exemplari Monacensi.

[4]) In calce editionis (fol. 124) leguntur haec: *Summi philosophi Aristotelis Stragyrite peripatheticorum principis cum Averroys Cordubensis expositionibus Economicorum: et ex consequenti totius philosophie moralis opus: cum Physionomia feliciter finit. Impensa ac summa diligentia heredum Nobilis viri quondam dñi Octaviani Scoti civis ac patritii Modoetiensis Venetiis Impressum per Bonetum Locatellum presbyterum. Anno salutifere incarnationis dñi. 1508. Die vero. 21. Junii.* ‚Physionomia' continetur foliis 121 b—124. Usus sum exemplari Berolinensi.

[5]) In fronte editionis haec leguntur: *Infinita nature secreta quibuslibet hominibus Contingentia previdenda cavenda ac persequenda declarant in hoc libro contenta. Physionomia Summi Aristotelis. Physionomia Michaelis Scoti. Physionomia Coclitis. Chyromantia eiusdem. Cum approbatione Achilini. — Cum gratia et privilegio papie impressa 1515.* ‚Physionomia' primis foliis 2—4 continetur. De hac editione quod iudicare possum, acceptum refero gratiae Alfredi Iacobi qui quae in rem meam erant e bibliothecae Mazarinaeae exemplari exscripsit.

[6]) Titulus editionis est: *Liber Aristotelis de physiognomia. Hieronymi Adami Bauczeni Elegia in physiognomiam Aristotelis.* In calce (fol. 12) haec leguntur: *Impressum Lipsigk per Baccalaureum Vuolffgangum Monacensem. Anno dñi. 1517.* ‚Physiognomia,' cuius in fronte non sine errore scriptum est: *Summi philosophi Aristotelis Stagerite peripateticorum principis Physiognomia: ex libro de secretis ad Alexandrum Asie regem invictissimum feliciter incipit,* foliis 2 b—12 continetur. Usus sum exemplari Berolinensi.

Phisionomia Aristotilis.

1 1. Quoniam et animae sequuntur corpora et ipsae secundum se ipsas non sunt impassibiles a motibus corporis. hoc autem manifestum fit valde in ebrietatibus et egritudinibus. multum namque animae mutatae videntur a passionibus corporis, et e contrario utique corpus compatitur passionibus animae. manifestum fit circa amores et timores et tristitias et delectationes. amplius autem et ⟨in⟩ 5 natura factis vel generatis magis utique aliquis conspiciet, quod corpus et anima ita se habent connaturaliter, quod fiunt causae plurimarum passionum ad invicem. nunquam enim animal factum vel generatum est tale, quod formam quidem haberet alterius animalis, animam vero alterius, sed semper eiusdem id est animalis corpus et animam. quare necessarium est consequi tali corpori talem formam. amplius autem et scientes circa unumquodque animalium ex forma possunt considerare, equites autem equos 10 et venatores canes. si autem haec vera fuerint, semper autem haec vera sunt, erit utique phisionomizare. hii quidem igitur progenerati id est antefacti phisionomones secundum modum argumentantur phisionomizare unusquisque ad unum. alii quidem ex generibus animalium phisionomizant ponentes secundum unumquodque genus figuram quandam animalis et [speciei] animam. alii autem in talibus corpori similem habenti corpus et animam similem putabant. alii autem quidam hoc quidem faciebant, sed non ex 15 omnibus animalibus experiebantur, sed distinguebant ex ipso genere hominum secundum gentes quaecumque differunt secundum visus et mores, ut Egyptii et Traces et Scitae, similiter electionem signorum faciebant. quidam autem ex moribus apparentibus, quales mores dispositionem sequantur. sequitur autem unusquisque mos iracundo, timido, coeunti et unicuique aliarum passionum. est autem secundum omnes modos hos phisionomizare et adhuc secundum alios et electionem signorum dissimiliter fieri. hii quidem 20 igitur et mores solum phisionomizant primum quidem quod quidam non iidem ipsi existentes mores qui sunt in facie eosdem habent, ut fortis et inverecundus eosdem habent animabus vel intellectibus multum separati, secundo autem, quod secundum quaedam tempora mores non eosdem, sed aliorum habent, tristibus enim existentibus quandoque contingit diem delectabiliter ducere et morem accipere qui est hylaris et e contrario hylarem contristari, quare mos qui erat in facie permutatur. adhuc cum hiis de

---

Titulus deest in ABFR 1. non] *del. F* 2. a m.] amotibus *F* 3. m. v.] videntur mutare *F* et] etiam et *F* utique *om. R* comparatur *A* (*m*² *suprascr.* compatitur) *B* 4. animae *om. F* fit circa] ficta *B* (*m*² *suprascr.* circa) autem circa *R* autem hoc circa *F* 5. vel] et *R* utique aliquis *om. F* 6. connaturalia *ABR* fiunt] sunt *R* causa *R* cause et *F* passionum *om. F* animal vel *F* 7. tale *om. F* quidem *om. R* quod *AB* quam *F* v. a.] vero alterius animalis *F* 8. id est animalis *om. FR* tale *F* formam] *videtur legendum* animam *(διάνοιαν)* 9. animalium *om. R* 10. vera *om. F* haec *om. F* itaque *BFR* utique itaque *A* physionomizare *R (ut constanter)* 11. q. i.] igitur quidem *F* progenerari *AB* praegnati *F* id est antefacti *om. R in marg. habet B* et antefacti *F* phisionomes *AB* physionomes *R* phisonomes *F* modum] tres modos *(τρεῖς τρόπους)*? argumentantur] aggrediebantur *(ἐπεχείρησαν)*? *cf. p.* 7,5. phisonomizantes *F* 12. Alia *F* phisonomizant *F (ut fere constanter)* 13. figuram *om. R* simile *F* 14. et animam *om. R* autem *om. B* quidam *om. F* quidem *om. F* sed *om. ABR* 15. *num* distinguentes *(διελόμενοι)*? 16. usus *F* egiptii *BF* scire *AF* 17. apparentes *F* qualem *(οἷς)*? 18. unusque *A* unicuique] in utrisque *F* in utraque *B* 19. mores *F* e. e.] est electorum *F* d. f.] fieri dissimiliter *F* 20. q. i.] igitur quidem *F* quod *om. R* hiidem *AB* idem *FR* 21. habent *om. R* eosdem] eosdem autem *BFR* a. v. i.] animabus *F* in animabus *(m*² *suprascr.* vel intellectibus) *B* vel intellectibus animalibus *A* in intellectibus autem vel animabus *R* 22. separatum *BF* separantur *R* 23. quandoque *om. F* 24. quod *ABF*

paucis utique semper apparentibus signum accipiet. qui autem ex feris phisionomizant, non recte electionem signorum faciunt. non enim est utique dicere pertranseuntem formam uniuscuiusque animalium, quod quicunque similis huic corpore erit, et anima similis erit. primum quidem igitur, ut simpliciter est dicere, nullus utique videbit hominem ita similem bestiae, sed assimilantem in aliquo. adhuc autem cum hiis animalia pauca quidem propria habent signa, multa vero communia. quare si utique similia hiis quae non secundum proprium, sed secundum commune aliquid, magis iste leoni quam cervo similior. merito enim propria videntur corporum proprium quid significare, communia autem commune. communia quidem ergo signorum nihil utique manifestabunt phisionomizanti. si autem aliquis propria uniuscuiusque ferarum elegerit, non utique habebit assignare, cuius sunt haec signa: merito enim proprii, proprium autem nullius nullum animalium phisionomizatorum in anima habebit utique aliquis accipere. neque enim forte solum leo est, sed alia multa, neque timidum lepus, sed et alia infinita. si ergo neque communia eligenti signa manifestum aliquid fit neque secundum propria, non utique erit unumquodque animalium aspicere, sed ex omnibus electionem est faciendum patientibus eandem passionem, ut si fortis inspiciat aliquis signa, fortia animalium in unum accipientem oportet perscrutari quae passiones hiis quidem omnibus insunt, aliorum autem animalium nulli accidunt. si enim ita quis elegerit, quod eadem sunt signa fortitudinis praedictis animalibus non solum fortitudinis communem inesse passionem eorum quae sunt in intellectu, sed et alia quaedam, sic utique dubitabit, utrum fortitudinis aut alterius signa sint. sed oportet ex pluribus eligi animalibus et non habentibus ullam passionem communem in anima, sed quod cuius utique signa respicit. quaecunque quidem signorum mansiva sunt, aliquid mansivum signant. quaecunque autem advenientia vel acquisita et discedentia et deficientia, quomodo utique signum verum erit non manentis in anima? si quidem enim mansivum adveniens et deficiens signum quis suscipiet, continget utique ipsum quidem verum esse, non tamen conveniens utique erit non sequens semper rem. quaecunque autem passiones factae animae non in aliquo permutant signa quae sunt in corpore quibus utitur phisionomon, non erunt utique huiusmodi cognitiones arti, ut quae sunt circa opiniones et scientias medicum aut citharistam non contingit cognoscere. nam addiscens est aliquam disciplinam, non autem permutatus est a signis, quibus utitur phisionomon.

---

1. utique *om. R* semper] separatum *F* sunt *A num* superapparentibus *(ἐπιφαινομένοις)?* non] nec *B* 2. e. u.] utique est *F* 3. quaecunque *F* quicunque unque *A* quicunque uni *BR num* quicunque utique *(ὅς ἂν)?* similis *om. B* c. e.] corpore dicit *F* igitur] ergo *A* 4. s. e] est simpliciter *R* simpliciter *AB* itaque *F* restie *A* secundum *AB* 5. p. q.] quidem pauca *F* 6. hiis] in hiis *R* aliud quid *R* leoni] cervo *F* cervo] leoni *F* 7. propria] primam *AB* videntur] vero *ABR* communia] quia *F* communia] commune *ABFR (τὰ κοινά)* 8. ergo] *om. F* igitur *R* significationi *F* phisionomizantium *ABR* phisonomizatum *F* proprii *AB* proprie *R* p. u.] uniuscuiusque proprium *F* 9. ferarum] signum *F* licebit *F* assignare *om. R* enim] autem *F* 10. aut *F* animalium] autem animalium *ABR* neque] non *F* 11. forte] neque fortem *F* fortem *A* leo est] leonem *ABFR* heque *F* timidus *A* timidus quidem *R* leporem *F* etiam *R* 12. communia] secundum communia *R* eligentium *ABR* elegentia *F* signa *om. AB* sit *F* 13. hominibus *ABF* el. e.] est electionem *F* 14. aliqua *F* quis *A* 15. quidem] quoque *F* autem] quidem *B* ita *om. F* quod] ibi. quod *F* 16. sint *F* 17. in *om. ABR* et] etiam *R om. F* quaedam *om. A* autem *A* 18. sunt *BR* e. a.] animalibus elegi *F* nullam *BR* in anima] manifestam *ABFR (ἐν τῇ διανοίᾳ)* 19. secundum *AB* inspicit *A* recepit *F* 20. quaecunque] quae quidem *BFR* autem *om. F* venientia *ABFR (ἐπιγιγνόμενα)* v. a.] ut acquisita *F om. R* et *ante* disc. *om. BF* et deficientia *om. R* 21. est *F* moventis *F* 22. susciperet *R* contingeret *ABFR* utique] quidem utique *F* quidem *om. F* non *om. R* consequens *B* 23. semper *om. F* super *R* passiones *R m²* *inser.* vel oppiniones innatae *(ἐγγινόμενα)?* 24. phisiono *R*, mon *m² add.* huius *ABR* artis *F* 25. oppositiones *A* oppositiones *B* autem *ABF* enim aut *R* citaristam *A* cytaristam *R* chitaristam *B* et cytharistam *F* nec *AB* neque *FR (γάρ)* addiscens est] addiscentem *ABFR (ὁ μαθών)* 26. a s.] aliqtis *B* aliquis a signis *R* a siquis *A* quibus utitur *om. F*

2. Oportet ergo determinare circa qualia quaedam est phisionomia, quoniam non circa omnia et ex quibus singula signa accipiuntur, deinde consequenter de manifestissimis unumquodque manifestare. phisionomia est ergo, sicut et nomen ipsius dicit, de naturalibus passionibus quae sunt in anima, et accidentium quaecunque adveniunt et transmutant signa phisionomizata. qualia autem haec sunt, posterius declarabitur. nunc autem dicam, ex quibus generibus signa accipiuntur, et sunt omnia. ex motibus enim phisionomizant et ex moribus apparentibus in facie et ex coloribus et ex levitate et ex voce et ex carne et ex partibus et ex figura totius corporis. universaliter quidem huiusmodi sunt quae dicunt phisionomones de omnibus generibus in quibus sunt signa. si quidem immanifestus aut non designativus fuerit talis transitus, removit praedicta, nunc autem fortassis melius est unumquodque de singulis quaecunque manifesta de phisionomizatis certius explanare. signa autem dicuntur, quaecunque autem sunt singula referuntur quaecunque non in praedictis manifestum est. colores quidem igitur significant acuti calidum et sanguineum, albi rubei autem bonam nativitatem, quando in levi corpore accidit hic color; pili autem molles quidem timidum, duri autem fortem. hoc autem signum sumptum est ex omnibus animalibus. timidissimum igitur est cervus, lepus, ovis, et pilum mollissimum habent; fortissimum autem leo, aper, et pilum durissimum naturaliter habent. est autem et in avibus hoc idem videre. universaliter enim quaecunque quidem habent duram pennam, fortes, quaecunque autem mollem, timidae. et particulariter est hoc idem videre in coturnicibus et in gallis. similiter autem et in generibus hominum hoc idem accidit. quicunque quidem enim apud septemtrionem habitant, fortes sunt et durorum pilorum, qui autem apud meridiem, timidi et mollem pilum habent. pilositas autem quae est circa ventrem loquacitatem significat: hoc autem refertur ad genus avium. proprium enim avis est eorum quae sunt circa corpus pilositas, quae est circa ventrem, eorum autem quae sunt circa intellectum, loquacitas. caro autem dura quidem et boni habitus naturaliter insensibilem significat, levis autem et bene natum et instabilem, nisi in forti corpore et habenti extremitates fortes hoc accidit, motus autem tardi quidem mollem intellectum, acuti vero calidum. in voce autem gravis quidem et distensa fortem, acuta autem et remissa timidum. figurae autem et passiones quae apparent in facie secundum similitudines accipiuntur passioni. quando enim patitur, aliquid fit, ut si hoc habet, quando aliquis irascitur, irascibile signum eiusdem generis. mas femina maior et fortior et extrema corporis fortiora et grossiora

---

1. omnia] omnia sed circa ea *R* 2. singula *om. BF* 3. dicitur *F* 4. physonomizantia *F* phisionomonisata *B* phisionomizat phisionomonizata *A* 5. dicamus *R* omnia] omnia haec *F* 6. enim] autem *F* moribus] moribus et *B* motibus *F* coloribus et *om. F* ex *om. ABF* lenitate *FR* 7. quidem] quoque *F* enim *R* huius *B* 8. physionemes *R* phisonomizantes *F* generationibus *B* avibus *B* in manifestus *A* immanifesta *F* manifestius *B* autem *A* et *F* 9. designatius *B* revolvit *B* nunc] sicut *F* fortassis melius] melius fortasse *F* 10. immanifesta *F* phisonomonizatis *B* 11. sunt] *om. F* quaecunque] quaecunque q *F* igitur] ergo *AB* 12. bonam] literam *F* l. c.] corpore levi *F* 13. h. a.] hoc quidem *R* suptum *B* 14. est *om. FR* omnibus] omnibus igitur *B* animalibus] animalibus. Ex omnibus igitur animalibus *F* timidissimus *R* igitur *om. BF* molissimum *R* 15. n. h.] habent naturaliter *F* et in *om. B* 16. quidem *om. B* ypanam pennam *B* s fortem *B* fortem *AFR* 17. timidam *ABFR* (δειλοί) e. h.] hoc est *F* quidem *ABFR* (τεαὐτὸ) corus *R*, *m*² *suprascr.* coturnicibus in *om. F* similiter] super *F* autem] habent autem *FR* enim habent *B* 18. quidem *om. F* septemtrinonem *B* 19. autem *om. B* apud] ad (πρὸς)? dimidi *A* Philositas *F* a. e.] est avium *F* 22. quidem *om. B* boni *om. ABFR* (εὐεκτικὴ) *cf. p.* 7,1; 8,3; 9,14. insensibiliter *F* significat *om. R* lenis *R* 23. nata *ABFR* (εὐφυέα) *cf.* 8,3; 9,8; 11,25. et *ante* mst. *om. F* habenti] habitaes *B* 24. vero] autem *R* forte *AB* 25. figura *F* quae] quidem *F* similitudinem *R* similes *F* 26. aliquis *F* quando *om. F* 27. irascibile] et irascibile *F* generis] generis genus *F* f. e. g.] grossiora et fortiora *B*

et boni habitus et meliora secundum omnes virtutes. signorum autem quae sunt in parte fortiora sunt, quae accipiuntur manifesta in moribus et secundum motus et figuras. omnino autem uni quidem signorum credere fatuum est; quando autem plura concinunt quae sunt in uno accipiat magis utique secundum conveniens utique aliquis accipiat vera esse signa. est autem alius modus, secundum quem utique aliquis phisionomizat, nullus quidem aggressus est, ut si necesse est iracundum et tristem et parvum secundum morem invidum esse, etsi non sunt invidi signa, illis autem prioribus continget utique phisionomoni et invidum invenire, maxime quidem, quando talis proprius modus erit phisionomizandi. posse autem quibusdam existentibus necessarium esse proprium putamus philosophiae. quod est contrariatur hoc secundum passiones phisionomizare et mala. secundum passionem quidem intendens acutam vocem putabit utique aliquis oportere ponere iracundi. indignatus autem et iratus distendere consuevit vocem et acute loquitur, qui autem remissus stat, et remittit vocem et graviter loquitur. rursus autem animalium fortia quidem gravis vocis sunt, timida autem acutae vocis. leo quidem et taurus et canis latrabilis et gallorum qui sunt boni animi graviter vociferantur, cervus autem et lepus acutae vocis sunt. sed forte et in hiis melius est non in eo, quod ipsorum vox est acuta aut gravis, forte aut timidum ponere, sed arbitrandum est fortem quidem fortis, remissam autem et inbecillem timidi. est autem potissimum, quando signa non confessa, sed subcontrariantia, nihil ponere, nisi sunt horum dicta qualia qualium credibiliora et maxime quidem in speciem, sed non in omnia genera referre. similiora enim sunt quaesito. non enim totum genus hominum phisionomizamus, sed quaedam quae sunt in genere.

3. Signa fortis: pili duri, figura corporis erecta, ossa et costae et extrema corporis fortia et magna et venter amplus et contractus ad se, armi lati et distantes nec valde colligati nec omnino dissoluti, collum forte, non vehementer carnosum, pectus carnosum et latum, ancha attracta, pecten deorsum contractum, oculus charopus nec valde expansus nec omnino clausus, siccus color qui est in corpore, acuta frons, recta, non magna, macra neque levis neque omnino rugosa. Signa timidi: pili molles, corpore inclinatus, non erectus, quae sunt sub umbilico sursum tracta, circa faciem subcroceus

1. sunt] semper *F* 2. manifestis *(τοῖς ἐπιφαινομένοις)*: m. e.] motus autem et *F* 3. q. s.] signorum quidem *F* conveniunt *AB* conveniant *R* continent *F* *(συμφωνοῦντα)* accipient *F* accipiet *R* 4. secundum] si *F* sic *R* quis *ABR* v. e.] itaque *F* a. m.] unus modus alius *F* 5. u. a.] aliquis utique *R* phisionomonizat *AB* philosonomizat *F* ut] et *R* n. e.] illis contingit *R* 6. et si *R* sint *R* poribus *F* contingit *FR* 7. physionomum *R* philosonomizari *F* quidem *om. F* erit *om. B* 8. phis.] philosophantis *(τοῦ περιλοσοφηκότος)*: existentibus *om. B* phisonomie *F* physionomie *R* est *om. F* 9. contrariatum *F* phisionomonizare *AB* malam *FR* intendentes *R* 10. accuta *A* vocem *om. ABF* putabit] consuescet. i. putabat *A* consuescet *B* consuesscit *F* consuescet *R*. *num* censebit *(οἰήθείη)*: autem *om. F* et] et qui *F* discedere *R* descendere *B* 11. et *om. ABF* 12. sunt *om. BR* a. v.] vocis acute sunt *R* quidem et *om. R* 13. thaurus *R* latrabilis] vel atrabilis *B* et atrabilis *F* vociferant *AR* 14. accute *A* aut] et *BFR* 15. autem *ABF* est *om. F* fortitudinem *ABR* fontis *A* remissa *F* et *om. R* inbecillem] inbecilli et *F* 16. autem] enim *B* sed] secundum *A* sub contrariantia *A* subconcurvantia *BR* contrariantur *F* nisi] nisi haec *R* 17. eorum *F* distincta: qualia *om. A* qualium] sunt *F* quidam *B* non *om. F* 18. e. s.] sunt enim *F* humanum *BF* phisionomonizamus *A* physionomizamur *R* phisonomidamur *F* 20. Signa fortis] ut reliquos titulos, *om. F*, *m*² *in marg. add. BR* costa *F* forma *AB* 21. et *om. R* amplius *R* constructus *F* *num* attractus, *ut l. 22*: ad] in *R* 22. dedissoluti *A* artracta *A* antracta *R* antrata *B* pecta *A* 23. occulus *B*, *ut constanter* caropus *FR* fuscus *FR* 24. erecta *R* moera *B* lenis *BF* omnino lenis *R* nec *F* 25. rectus *B* erunt *R* umbiliculo *A*

oculi inbecilles et palpebrizat et extrema corporis inbecillia et crura parva, manus longae et subtiles, lumbi autem parvi et inbecilles, figura contensa in motibus, non inverecundus, sed inclinatus et stupefactibilis, mos qui est in facie facile mobilis, sollicitus. Bene nati signa: caro mollior, non boni habitus neque valde pinguis, quae sunt circa musculos scapularum et collum macriora et quae sunt circa faciem incolligata quae sunt circa musculos scapularum et inferiora remissa; bene soluta quae sunt circa costas, et secundum dorsum non carnosus, corpus album rubeum et purum, cutis subtilis, pili non valde duri nec valde nigri, oculus charopus, humidus. Insensibilis signa: quae sunt circa collum et crura carnosa et complexa et colligata, cotile rotunda, musculi scapularum sursum expansi, frons magna circularis carnosa, oculus croceus, crura circa cavillam grossa carnosa rotunda, mandibulae magnae carnosae, lumbi carnosi, crura longa, collum grossum, facies carnosa sublonga sufficienter, motus autem et figuram et morem qui apparet in facie secundum similitudines accipit. Inverecundi signa: oculus apertus et splendidus, palpebrae sanguineae et grossae et parvum curvae, musculi scapularum sursum elevati, figura non recta, sed parum curva. in motibus autem acutus, rubeus corpore, color sanguineus, facies rotunda, pectus sursum tractum. Ornati signa: in motibus tardus et loquens tarde et vox plena spiritu et oculus hylaris non splendidus niger et neque valde apertus neque omnino clausus palpebrizans tarde. oculorum enim qui palpebrizant hii quidem timidum, hii vero calidum significant. Animosi signa: frons bene magna et carnosa et levis quae sunt circa oculos et facies videtur humilior et sompnolentior neque intense aspiciens neque remisse, in motibus tardus erit et remissus, figura et more qui est in facie non praeceps, sed videtur bonus. Signa inanimosi: rugosae facies et macri oculi confracti, simul autem et confracta oculorum duo significant, hoc quidem molle et femininum, aliud vero demissum pavidum, in figura humilis et motibus remissus. Signa cinedi: oculus confractus, genu flexibilis, inclinationes capitis ad dextra, motus manuum supini et dissoluti et ambulationes duplices, haec quidem circumclinantis, alia vero tenentis lumbos, et oculorum despectiones, qualis utique fuerit Dyonisius sophista. Signa amari: facie remissus, nigri coloris, macer, quae sunt circa faciem quasi abrasa, facies rugosa, recti crinis et nigri. Signa iracundi: rectus corpore, figura bene latus, animosus, subrufus, spatulae distantes et magnae et latae, extrema magna et fortia, levis et circa pectus et circa bubones, boni menti, circumcursus capillorum deorsum descendens.

---

1. palpebrizantes *F* et *om. R* inbecilla *F* et *om. R* curva *B* longue *B* 2. et *om. R* extensa *F* in verecundus *AF* in verecundis *B* 3. facile *om. B* Benenati *AB* 4. nec *A* q. s.] *om. F* qui *A* scaplarum *F* sunt *om. F* 5. et] ad *F* 6. deorsum *AB* rubeum] et rubeum *F* 7. nec] neque *F* caropus *BFR* 8. cruro *A* et *ante* complexa *om. BFR* rotundum *B* scapularum *om. R* extensi *F* 9. crura] crura que *F* 10. sub longa *A* 11. figura *F* similitudinem *R* similes *F* 12. et *ante* parvum *om. A* parve *ABF* parum *R* mulculi *A* 13. suisum *B* curva] curva. Ornati signa *A* moribus *R* autem *om. AR* 14. corporis *R* c. s.] signeus *F* 15. l. t.] tarde loquens *F* ylaris *ABR* et *om. R* 16. n. o.] valde omnino *F* in omni *A* palpebrisans *B* 17. signant *AB* lenis *AFR* circa] circa et extra *R* et *om. ABR* 18. humidior *R* sompno sentior *A* remissive *F* 19. remissius *F* quae *F* praecesp *B* videbitur *(φαινέσθω)?* 20. rugosa *R* matri *R* confractum *R* vel confractum contractum *B* contracti *F* confactus *A* autem] aut *A* confractura *F* duo] simul *R* significanti *B* signant *R* 21. dimissum *F* pavidum] et pavidum et *R* m. r.] remissus motibus *F* motibus remissis *AB* 22. sinedi *A* serviedi *B* inclinatores *BR* et inclinatores *F* dextram *R* 23. ambulationos *R* haec] sed *A* circumclinatum *ABFR (περιινεύοντος)* alio *BFR* tenentes *ABFR (κρατοῦντος)* 24. circumspectiones *(περιβλέψεις)?* fuit *ABFR (εἴη)* dyonus *ABF* ridens *(σεσηρώς)?* mater *AF* 25. ab rasa *A* facies *om. F* cruris *B* 26. subruffus *A* subrusfus *B* spatulae *om. F* et m. — fortia] *om. F* 27. lenis *BFR* et *post* levis *om. R* menti] incerti *F* deorsum] et deorsum *R*

Signa mansueti: fortis specie, bene carnosus, caro humida et multa, bonae magnitudinis et commensuratus, figura curvus, circumcursus capillorum sursum vulsus. Signa hyronis: oculi sunt rugosi, sompnolentus facie more videtur. Signa pusillanimi: parvorum membrorum et parvorum articulorum, macer et parvorum oculorum et parvae faciei. Qui sunt amatores contumeliarum: quibuscunque est superius labium elevatum et specie praecipites, superrubicundi. Misericordes sunt quicunque sunt albi coloris et puri et habent oculos quasi cum quadam lippitudine et nares deorsum distantes et semper plorant. isti tales et amatores sunt mulierum et generativi feminarum et circa mores interrogativi et semper commemorativi et bene nati et calidi. horum autem signa dicta sunt. misericors est sapiens et timidus et ornatus, immisericors est indisciplinatus et inverecundus. Boni ad comedendum hii, quibus id quod ab umbilico ad pectus maius est aut quod est exinde usque ad collum. Signa luxuriosi: qui est albi coloris et pilosus, rectis capillis et grossis et nigris, et timpora pilosa, oculus pinguis et insanus. Amatores autem sompni sunt qui habent superiora maiora et calidi et habent carnem boni habitus, et pilosi circa ventrem. Qui sunt memores: qui habent superiora minora et curviora et carnosiora.

4. Incipit de signis particulariter. Videtur autem mihi anima et corpus compati ad invicem et animae habitus alteratus simul alterat corporis formam et iterum forma corporis alterata simul alterat animae habitum. quoniam enim animae est tristari et laetari, manifestum est, quod tristes obscurae faciei sunt, gaudentes autem hylaris. si quidem igitur adhuc anima dissoluta formam quae est in corpore existentem contingit dissolvi. si quidem et ita anima et corpus compatiuntur, non tamen conferentes ad invicem. nunc autem manifestum, quod utrumque utrique consequitur. maxime quidem igitur ex hoc manifestum fiet. mania videtur esse circa animam, et medici medicinis purgantes corpus et dietis utentes in ipsis permutant animam a mania. curationibus autem corporis et simul corporis forma solvitur et anima a mania permutatur. quoniam igitur utraque solvuntur, palam, quoniam conferunt ad invicem. manifestum autem est, quod virtutibus animae similes corporis formae. quare erunt omnia similia in animalibus eiusdem cuiusdam declarativa. multa autem animalia sunt et quae operantur: hae quidem propriae passiones uniuscuiusque sexus animalium sunt, aliae vero communes. in propriis igitur operibus animae propriae passiones secundum corpus, in communibus autem communes. communes quidem sunt iniuria et quae est circa venerea extensio. laceratarum et vilium communis est iniuria, porcorum autem et asinorum habitus qui est circa venerea. proprium autem est in canibus quidem contumeliosum, in asinis autem non triste. qualiter quidem igitur commune quidem et proprium

1. a. r.] animi re. *R* refer. animum *F*. *Verba ἂν εἶεν πρὸς εὐψυχίαν ἄγουσαι· ἀναφέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τὸν λέοντα parum integra interpres legisse videtur.* refer. *F* re. *R* 2. o.] ab longum *A* habent *om. BF* refertur *B* re. *R* 3. manu *F* manuum *B* e. c.] cubitis *F* brachiis *F* motu *om. F* eadem] idem *BR om. F* referuntur *om. F* m. s.] masculis *F* 4. *ante* rectis *videtur inserendum esse* moventur *(ἐπισαλεύοντες)* tensi *R* gallinationes *BR* gallinacionis *F* Gallina ciones *A* refertur *F* refe. *R* sapientes *om. F* refertur *AB* refer. *F* re. *R* 5. autem *om. F* ambulantis *F* feminis *F* femini *R* refe. *R* 6. a.] sunt *F* circumtorquentes] curvi contorquentes *B* contorquentes *R* curvi et torquentes *F* se] si *R* se *om. R* a.] ad hulatores *A* adulatores sunt *R* refe. *R* refer. *F* passiones *ABFR* 7. autem *om. F* dextram *F* i. a.] ambulantes *F* comedi *R* sunt *om. F* refer. *F* re. *R* d. a.] apparentem decentiam *R* 8. bene *om. F* refer. *F* re. *R* ancipites *AB* 9. primum *R* p. m.] moventur primi *F* *ante* tincturam *inserendum* et habent *(ἔχοντές τε)?* albuiginis *A* 10. intellectum *B* e.] autem *B* noceo *F* mocio *R* fiat *om. F in lacuna quinque litterarum* vociferantur? 11. iniurios *B* refer. *F* re *R* acutis *F* 12. plantivi *A* plantini *R* plañ *F* re. *R* vocum *B* quibuscunque *B* a.] sunt *F* accutis *A* 13. loquuntur *om. BF* c.] cinedi sunt *F* vel timidi comedi *R* refer. *F* re. *R* a. d.] addecentiam *F* quicunque — decentiam *om. F* 14. n. p.] per non complexum fortes *R* refertur *AB* re. *R* molles *F* sive *A* 15. re. *R* refer. *F* p.] De parvis corpore et magnis, parvi autem *F* 16. motum *B* mutu *F* etenim *F* continentem *F* 17. sanguis *F* continentem *F* 18. sicci *B* s. c.] carnibus siccis *F* autem *B* et *(ante* per) *om. BFR* p. c.] percalliditatem *A* 19. superfiunt *(ἐπιγίνονται)?* ignem *R* 20. sepere *A* i. a.] in aliud *R* et aliud *F* q. s. e.] quidem superficiant *R* fecit *F* 21. calore *F* *post* frigiditatem *deest verbum* (fiunt *ἐγγίνονται?)* nihil — frigiditatem *(l. 22) om. BFR* 22. tarda. *A* al. ac. accidens aliquid *F* autem *om. F* 23. h.] et humidis *BFR* utentes *om. F* caloribus *F* perfectibilis *F* exeunte *F* 24. autem *om. R*

Iam cum textus t formae primum in editione Basileensi anno 1538 a Simone Grynaeo curata compareat atque editor non solum in fronte totius operis [1]) testetur graecum exemplar esse adhibitum, sed etiam in praefatione diserte dicat curam se egisse, ut scabrities multarum interpretationum hac editione castigaretur [2]), una omnium facillima est coniectura t formam ad hanc editionem esse referendam. Neque huic coniecturae obstat, quod iam tribus annis ante nova Physiognomonicorum versio ab Andrea Lacuna[3]) publici iuris facta est. Hanc enim si Grynaeus repetendam curasset, versionem ipsam (vol. II p. 631) non inscripsisset: *Aristotelis Stagiritae Physiognomicων liber incerto interprete*, sed nomen auctoris apposuisset. Ac Lacuna aeque atque Iodocus Willichius, auctor versionis, quae anno 1538 Vitebergae typis mandata est, vetusta translatione prorsus neglecta suo Marte verba graeca quam elegantissime reddere studuit. Grynaeum [4]) ipsum correctoris munus obiisse asseverare nolo. Vereor enim ne quis opponat hunc, ut qui operam in textu graeco editionis Basileensis emendando collocatam Erasmo [5]) probaverit, etiam pluribus locis versionem latinam vel suppleturum vel correcturum fuisse. Quamquam cavendum est ne nimium a correctore illius aetatis requiramus.

Editio T translationis, quam corrector secutus est, ut e quorundam mendorum consensu elucet, fuit V3.

Sed ne haec quidem translationis forma, quae saepissime repetita [6]) et hoc saeculo in editionem ab academia Borussica curatam recepta est, incolumis mansit, sed iterum correctoris manum experta est. Anno enim 1552 Venetiis apud Iuntas nova prodiit operum Aristoteleorum versio latina, [7]) cuius auctor, Ioannes Baptista Bagolinus Veronensis, »graeca emendatissima exemplaria esse collata« et »Physiognomicorum librum plurimis in locis diligenter castigatum sese praebere« contendit. Iure quidem ille saltem aliquo. Nam quamquam potissimum id egit, ut sermonem latinum ad maiorem elegantiam revocaret,

---

[1]) Aristotelis Stagiritae, Philosophorum omnium facile principis, opera quae quidem extant omnia, latinitate vel iam olim, vel nunc recens a viris doctissimis donata et graecum ad exemplar diligentissime recognita, Basileae MDXXXVIII.

[2]) Simon Grynaeus lectori: *Equidem scabricies illa linguae, qua male latina doctus principio multis in operibus valde balbuticbat adhuc, pro virili per doctos curatum est, ut paucis admodum exceptis castigaretur.*

[3]) Laudat eam Martinus Lipenius, Bibliotheca realis philosophica, Francofurti ad Moenum 1682 p. 1166 s. v. Physiognomia: *Aristotelis Physiognomica interprete Andrea Lacuna, Parisiis 8. 1535.* Hanc sane editionem ut nanciscerer, frustra adhuc operam dedi. Nam in omnibus quas adii bibliothecis deest, ac ne Maittairius quidem (annal. typogr. II p. 822) oculis eam lustravit. Sed repetita fere est etsi ordine mutato ab Iacobo Fontano in ‚Physiognomia Aristotelis ordine compositorio edita' (Parisiis 1611 secundum Buhlium in Aristot. opp. I p. 248), denuo illa quidem typis mandata in Fontani operibus (Coloniae Allobr. 1613 p. 249–313), si recte intellego nonnullos huius locos (opp. p. 276, 278, 279, 287, 300).

[4]) Hac re quod Fontanus (opp. p. 285, 287, 292) hanc versionem confidenter Argyropulo tribuit, nemo, opinor, sese decipi patietur. Causa enim erroris in propatulo est. Versiones operum, a quibus editio illa Basileensis incipit, Argyropuli sunt.

[5]) Erasmi in praefatione ad Ioannem Morum anno 1531 data verba haec sunt: *Non prorsus idem nobis prodiit Aristoteles, sed multo quam antea fuit emaculatior idque potissimum studio, vigilantia fideque Simonis Grynaei, iuvenis in omni genere literarum haud quaquam vulgariter eruditi.*

[6]) Repetita est primum altera editione Basileensi quattuor annis post (a. 1542) ab Hieronymo Gemusaeo curata (tom. III p. 580—589), iterum editione quae anno 1549 Lugduni apud Ioannem Frellonium prodiit (tom. II col. 1623—1638), deinceps editionibus Casauboni, Du Vallii, Franzii.

[7]) Aristotelis Stagiritae omnia quae extant opera nunc primum selectis translationibus collatisque cum graecis emendatissimis exemplaribus, Averrois Cordubensis in ea opera omnes qui ad nos pervenere commentarii, Io. Baptistae Bagolini Veronensis Labore ac diligentia, Venetiis apud Iuntas MDLII. Physiognomonica volumine septimo, quod anno 1553 prodiit, fol. 72ᵇ—76ᵃ continentur. Hanc editionem iam annis 1500—1502 lucem aspexisse est unus de multis erroribus Buhlii (Arist. opp. I p. 216). Nam privilegia huic editioni ab Iulio III papa, Henrico II rege Gallorum, Francisco Donato duce Venetorum data anni demum 1550 sunt.

tamen etiam ea quae vel in t omissa erant, ut 152,5 *qui longi* — 153,9 *non perfectivus* et 156,3 *qui demissum* — 157,6 *ad feminas*, supplevit et hic illic textum correxit[1]) vel corrigere sibi visus est. Secutus est, quamquam plus semel in margine »antiquam translationem« laudavit, non formam T, sed t. Quod quoniam quaevis pagina docet, duo exempla posuisse satis erit.

Vertit, si Bagolini versionem littera germanica t significare licet,

verba graeca	T	t et t
p. 99,2 *ἐπιπρέπειαν (ἀπρέπειαν)*	*apparentem convenientiam* (12,14)	*indecentiam*
p. 128,4 *ἐπεὶ (ἔτι)*	*quia* (14,16)	*item.*

Adhibuisse autem videtur etiam graecam editionem Basileensem secundam anno 1539 foras missam, quoniam verbis 152,6 *qui longi ac tardi gressus sit* lectionem huius editionis *μακροβάμων καὶ βραδυβάμων* reddidit, cum editiones anteriores *μακροβάμων καὶ βραχυβάμων* exhibeant. Nonnunquam autem hunc verba tradita non emendasse, sed corrupisse luculentissime apparet e ratione qua verba p. 66,4 *multa autem animalia sunt et quae operantur (πολλὰ δὲ καὶ ὧν διαπέπρακται τὰ ζῶα)* mutavit in: *haec vero minime. et quibus animalia operantur.* Cum enim pro illo *πολλὰ,* quod t secundum T recte *multa* vertit, in editionibus perperam *τομὴ* vel *τὸ μὴ* positum repperisset, hoc etiam in peius vertit: *haec vero minime.*

Haec quoque retractatio, postquam semel in volumine septimo editionis anno 1562 Venetiis ab Iuntis foras missae fol. 132b—139b repetita est, in oblivionem cecidit, nisi quod Franzius passim eius mentionem fecit. Qui cum eam Averrois esse dicit, id quod non solum Füllebornio,[2]) sed etiam Struvio[3]) persuasit, in errorem mehercule ridiculum deductus est nulla alia, ut videtur, re, nisi quod illa editio Aristotelis opera cum Averrois commentariis coniuncta praebet.

Ita fatis translationis enarratis formaque eius genuina a duabus retractationibus vindicata paulatim ad quaestionem de T formae origine instituendam delapsi sumus.

Ac primum quidem pro certo affirmari potest eam non ex arabico,[4]) sed e graeco textu fluxisse. Hoc palam fit vocabulis quibusdam graecis, quippe quae latine aegre reddi posse viderentur, aut mere retentis aut cum interpretamento positis, ut *charopi (χαροποί), maniaci (μανικοί)* 5,19 et 20 *galiancones (γαλεαγκῶνες)* 17,4, *hyron (εἴρων)* 9,2, *cotile* 8,8, *metaphrenum* 11,10; 12,25; 13,3 et 5; *ortiges* 12,1; *chauni vel remissi* 13,5, *rathimi sunt id est facilem animum habent ad concupiscendum* 13,25 vel *rathimi sunt id est facile concupiscibiles* 14,10. Et graeco tantum posito exemplo explicatur, quod T 9,7 *ἐρωτικοὶ* perperam vertit: *interrogativi.*

Etiam de aetate translationis coniectura satis probabilis fieri potest. Quoniam enim nullum eius vestigium ante saeculum XIII apparet, hoc autem saeculo complures qui eam contineant codices emergunt, non ita multum a vero aberraverit qui hoc saeculo eam ortam esse dicat.

---

[1]) Ita p. 57, 4 *ἐρωτικοί*, quod t insistens vestigiis T formae *(interrogativi)* voce *interrogabundi* reddiderat, recte vertit: *in amorem propensi.*

[2]) Beyträge zur Geschichte der Philosophie, VIII Stück p. 66 et 107.

[3]) Opusc. II p. 177.

[4]) Textus arabici, cuius Porta, De humana physiogn. lib. II p. 198 (ed. Rothomag. 1650) meminit *(In Arabico textu Aristotelis, cuius nobis Anthiochenus Patriarcha Romae copiam videndi fecit, legitur: Qui habent acutum mentum, sunt animosi et fortes, et ad leones referuntur)*, quamquam nullum, quod sciam, vestigium adhuc apparuit, tamen cavendum est ne temere auctorem gravissimum erroris arguamus. In epistula Aristotelis ad Alexandrum haec verba non occurrunt.

Persona autem interpretis adhuc latet. Minciottus[1]) sane secundum codicem quem supra commemoravi bibliothecae S. Antonii Patavinae 370 Bartholomaeum Messanium interpretem dicit, Tomasinus[2]) autem, qui accuratius in hoc codice describendo versatus esse videtur, Problematum quidem et Principiorum illum interpretem codice ferri testatur, ceterorum opusculorum non item.

Ac si quis Guilelmo de Moerbeka, ut qui omnia Aristotelis opera latine vertisse a nonnullis, etsi parum accurate, perhibeatur,[3]) versionem tribuat, hunc quidem praefracte repellere nolo, sed sunt quae haud leves mihi dubitationes moveant.

Ac primum quidem cavendum est, ne reliquas quoque quas Guilelmus fecit versiones operum Aristoteleorum ἀνωνύμως traditas esse Schneidero[4]) credamus. Contra enim loquuntur subscriptiones et Politicorum et Rhetoricorum, quas e codicibus Parisinis Susemihlius[5]) et L. Spengelius[6]) publici iuris fecerunt. Altero loco, quamquam ipse minus ei tribuo, historicum argumentum pono. Guilelmi enim nullam versionem novimus, quae ante annum 1266 facta sit; nostra autem aliquamdiu ante annum 1250 nota fuit, si iam Michaelem illum Scotum in Phisionomia, quam ad Fridericum II imperatorem misit, eam suum in usum convertisse Taubius[7]) recte contendit. Ego tamen, ut luce clarius puto nonnulla in Scoti opusculo ad initium physiognomonicorum quae Aristotelis feruntur redire, ita haec e T hausta esse nondum pro certo habere possum.

Conferas enim verba

translationis T[8])	et	Scoti[9])
Quoniam et animae sequuntur corpora et ipsae secundum se ipsas non sunt impassibiles a motibus corporis. hoc autem manifestum fit valde in ebrietatibus et egritudinibus. multum namque animae mutatae videntur a passionibus corporis, et e contrario utique corpus compatitur		*Revertentes autem ad doctrinam phisionomie in hominibus et bestiis dicimus quod anime sequuntur corpus et ipse anime secundum se ipsas non sunt passibiles* (corr. *impassibiles) a motibus corporis in quibus morantur certo spacio vite temporalis, in cuius ultimo separantur et corpus manet. hoc autem manifestum est de motibus valde per ebrietatem vini vel amoris*

[1]) Minciotto, Catalogo dei Codici Manoscritti esistenti nella Biblioteca di Sant' Antonio di Padova, cod. n. 370: *Aristotelis Problemata, de Principiis, de Phisionomia etc. I sopracittati opuscoli furono tradotti dal greco per Bartolomeo da Messina ad istanza di Manfredi re di Sicilia.*

[2]) Tomasinus, Bibliothecae Patavinae Manuscriptae, Utini 1639 p. 56: *Problemata Aristotelis secundum speciem compilata a Mag. Bartholomaeo de Messana translata e graeco in latinum. — In hoc volumine reperiuntur: Aristotelis de Principiis, translatus ab eodem. De Mirabilibus Auditionibus. Eiusdem Physonomia fertur. De Signis etc.*

[3]) Cf. locos quos Schneider Aristot. de animal. I p. CXXVIII et CXXXIV laudavit.

[4]) Schneider l. l. p. CXXXV.

[5]) Aristot. Polit. ed. Lips. 1872 p. XXXIV.

[6]) Aristot. ars rhet. ed. Lips. 1867 vol. I p. 177.

[7]) Tractandorum scriptorum graec. physiogn. praeparatio, Vratislaviae 1862 p. 33.

[8]) Quae Taubius praebet, non sunt formae T, quam haud novit, sed formae t.

[9]) Sunt ea in prooemio secundae partis capitul. XXII et XXIII. Utor editione (s. l. e. a.) quae extat post D. Jasonis Pratensis Medici de tuenda sanitate librum Antverpiae anno 1538 editum. De aliis editionibus cf. Serapeum Anzeigeblatt XXIV p. 139 et Wüstenfeld, Uebersetzungen arabischer Werke ins Lateinische (Abhandl. der Götting. Gesellsch. der Wissenschaften vol. XXII p. 100.)

passionibus animae. manifestum fit circa amores et timores et tristitias et delectationes (4,1 sq.)

vel tristicie laboris et egritudinis. causa est quod corpus et anima sunt unius compositionis unde agunt et patiuntur

et verba quae sequuntur:

primum quidem igitur, ut simpliciter est dicere, nullus utique videbit hominem ita similem bestiae, sed assimilantem in aliquo (5,3 sq.)

item dicimus quod nullus homo vidit unquam hominem veraciter ex toto esse similem bestie, licet dicatur de simiis, sed assimilatur operatione nature in aliquibus.

denique verba quae his succedunt:

merito enim propria videntur corporum proprium quid significare, communia autem commune.

communia quidem ergo signorum nihil utique manifestabunt phisionomizanti (5,7 sq.)

unde nemo potest phisionomizare per signa communia sive sint hominis sive bestiarum, sed per signa propria tantum, quae licet omnes homines possent habere, tamen non omnia habent in se,

concedes etiam aliam, fortasse arabicam, versionem prooemii operis graeci pro fonte, unde Scotus hauserit, haberi posse, praesertim cum ei in reliquis sane cum epistula Aristotelis ad Alexandrum, sed non cum nostra translatione necessitudo sit.

Maiorem autem apud me vim habet ratio vertendi, quam aliam in T, aliam in Guilelmi Politicorum (= P) et Rhetoricorum (= R) versionibus observasse mihi videor, quamquam confiteor ita ut quivis scrupulus eximatur tum demum iudicatum iri, cum reliquae Guilelmi versiones ad codicum fidem editae fuerint. Guilelmum littera G insignire liceat.

Ac primum quidem T, cum linguam Graecam minus calluerit quam G, sensum multorum eorumque haud difficilium locorum parum assecutus est, sed tantum abest ut hunc propriis coniecturis extricare studuerit, id quod G fecit,[1]) ut, quoad eius facere potuerit, verbum verbo reddidisse fere satis habuerit. Documento est magnus numerus locorum in T quovis sensu privorum, e quibus paucos in medium proferam

p. 22,4 *εἰ μὲν οὖν ἀσαφὴς ἢ μὴ εὔσημος ἦν ἡ τοιαύτη διέξοδος, ἀπέχρησεν ἂν τὰ εἰρημένα*	*si quidem immanifestus aut non designativus fuerit talis transitus, removit praedicta* (6,8)
p. 23,1 *ἀκριβέστερον φράσαι τά τε σημεῖα λέγοντα οἷά τ' ἐστὶν ἕκαστα ἀναφέρεται, ὅσα μὴ ἐν τοῖς προειρημένοις δεδήλωται*	*certius explanare. signa autem dicuntur, quaecunque autem sunt singula referuntur quaecunque non in praedictis manifestum est.* (6,10)
p. 34,5 *εἰ μή ἐστι τῶν δι εἰρημένα ποῖα ποίων πιστότερα*	*nisi sunt horum dicta qualia qualium credibiliora* (7,16)
p. 66,4 *πολλὰ δὲ καὶ ὧν διαπέπρακται τὰ ζῶα*	*multa autem animalia sunt et quae operantur* (9,25)
p. 70,7 *ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων ἑκάστου δεῖ τοῦτον τὸν τρόπον προσαρμόζοντα τὴν μέθοδον ποιεῖσθαι*	*in talibus quidem igitur uniuscuiusque oportet secundum convenientiam scientiam fieri* (10,12).

[1]) Cf. Busse de praesidiis Aristotelis Politica emendandi, Berolini 1881 p. 15 sq.

Quibus adde p. 4,13 *alii autem — putabant;* p. 4,19 *hi quidem — eosdem habent;* p. 5,5 *quare si — cervo similior;* p. 5,25 *nam addiscens — phisionomon;* p. 6,20 *proprium enim — loquacitas;* p. 9,18 *si quidem igitur — conferentes ad invicem;* p. 11,15 *pardalis — crura:* p. 11,21 *animalium autem — dicta sunt.*

Quin etiam de nonnullis vocibus vel enuntiationibus, ut 156,3 *οἱ κατιλλαντιωρίαν* — 157,7 *τὰς γυναῖκας,* 54,4 *εὐαυξὴς* vel *εὐαξὴς,* 56,1 *φιλόκυβοι — ὀρχησταί,* 57,1 *ὅσοι γλαφυροί,*[1]) 60,3 *γλαφυροὶ τὰ εἴδη,* 60,1 *γυπώδεις,* 81,2 *οἷον ἀνάσιλον,* 152,5 *ὅτι δουλοπρεπὲς* — 153,8 *οὐ τελεστικός,* 164,7 *αἱ γὰρ κινήσεις* — 165,3 *προθῆται,* T prorsus desperasse easque, id quod G nunquam fecit[2]), silentio praeteriisse videtur. Contra alia vocabula non uno, sed duobus reddidit, ut *factis vel generatis (γινομένοις)* 4,5, *factum vel generatum est (γεγένηται)* 4,6, *animabus vel intellectibus (διανοίας)* 4,21, *advenientia vel acquisita (ἐπιγινόμενα)* 5,20, *progenerati id est antefacti (προγεγενημένοι)* 4,11, id quod G facere non memini.

Iam si singula accedimus, in nonnullis sane G et T consentiunt. Omittunt ambo nonnunquam voculas *τε καί, δέ,* hic illic verba paulo aliter collocant, gradus comparationis mutant, pro *ἂν* cum optativo fere ponunt *utique* cum indicativo futuri, pro accusativo qui dicitur respectivus *secundum* cum accusativo, vertunt *ἄγαν valde, ἀλλήλοις ad invicem, ὀδύρτης* vel *ὀδυρτικός planctivus, ἐπισκοπεῖν intendere, καθόλου universaliter.* Sed haec et similia quis propria esse asseverabit non saeculi, sed Guilelmi? Multo plus in hac quaestione valere differentias consentient harum rerum periti iudices. Hae autem sunt satis multae atque graves.

Vocem *ῥάθυμος* T bis (13,25; 14,10) retinuit addito interpretamento *(rathimus id est facilem animum habet ad concupiscendum* et *rathimus id est facile concupiscibilis)* semel (7,11) vertit *remissus;* G vero vertit *deses* (R. 226,24), *desidiosus* (R. 215,26, ut *ῥαθυμίαι* R 219,20 *desidiae), desidia torpens* (P 321,8), *piger* (P 322,2). Contra *ἐπιεικὴς* T vertit *conveniens* (5,22 et 14,13), G vero fere semper retinuit *(epieikes)*; item *εἰκὸς* T vertit *conveniens* (7,4) vel *merito* (5,7 et 9), G vero aut retinuit *(icos)* aut vertit *verisimile;* item *κακοήθης* T vertit *mali moris* (12,11 et 13,4), G vero retinuit *(cacoethes* R 268,7, ut *cacoetheia* R 268,8); *θηλυγόνος* T vertit *generativus feminarum* (9,7), *θηλιτόκος* vero G vertit *femelletokus* (P 317,13); *εὐαγωγία* T vertit *bona motio* (18,7), *εὐαγωγός* vero et *εὐσυνάγωγος* G retinuit (P 270,3; 293,8); *ἐρωτικός* T perperam vertit *interrogativus* (9,7), G vero recte *amativus* (P 70,2; 562,7; 585,6) vel *amorosus* (P 512,6); *προπετής* T vertit *praevolans* (10,22), G vero *praeceps* (R 316,13); *εὔθυμος* T vertit *animosus* (8,17 et 26), G vero *boni animi* (R 244,9); *κακοῦργος* T vertit *mali operativus* (10,21) vel *maliciosus* (14,19), G vero *astutus* (P 418,5) vel *fraudulentus* (R 180,9); *ἀφροδισιάζειν* T vertit *coire* (4,18), G vero *venerea agere* (R 256,13, ut *ἀφροδισιαστικός venereali* P 562,4); *ὁμιλεῖν πρὸς* T vertit *associari cum* (11,15), G vero *colloqui ad* (P 116,6; 188,2; 577,6, ut *ὁμιλία collocutio* 118,3 etc.); *διελέσθαι* T vertit *distingui* (10,1 et 14), G vero *dividere* (P 213,6; 382,2; R 216,9); *οἷον* T semper vertit *ut,* G vero fere semper *puta* vel *ut puta*, semel *velut* (P 167,7); *ἐνίοτε* T vertit *quandoque* (4,23), G vero semper *aliquando; ἔπειτα* T vertit *consequenter* (18,14), G vero semper *deinde; ὤν* T non, ut G saepissime, *ens,* sed semper *existens* vertit.

---

[1]) Contra G *γλαφυρῶς* vertit *plane* Polit. 130,4.

[2]) Cf. Busse l. l. p. 31 et Dittmeyer, quae ratio inter vetustam Aristotelis rhetoricorum translationem et codices graecos intercedat, Monachii 1883 p. 47.

Sed etiam in elocutione latina sunt quae dissonent. ὡς (ἁπλῶς) εἰπεῖν T excepto uno loco (5,3), quo *est* addidit, ad verbum vertit: *ut (simpliciter) dicere,* G vero semper: *ut est dicere*[1]) vel *ut consequens* vel *conveniens est dicere.*[2]) Infinitivum a praepositione suspensum T gerundio reddit (10,14 et 20 et 21; 11,24; 18,2), G paucis locis exceptis[3]) intactum relinquit; item infinitivum ab adiectivo suspensum, ut ἀγαθοὶ φαγεῖν, ἱκανὸς εἰπεῖν, T gerundio ab *ad* praepositione suspenso *(boni ad comedendum* 9,9; *sufficiens ad dicendum* 10,1) reddit, G non item.

Restat quaestio omnium gravissima de pretio critico versionis.

Ac primum quidem manifestum est magnam partem vitiorum, quae ad X, archetypum codicum graecorum superstitum, referenda sunt, etiam in codice, quem T adhibuit, fuisse. Ita legit T ut X falso κατὰ *(secundum)* 15,10 (ed. Fr.), διαλεκτικός *(loquens)* pro διάλεκτος 48,4, εὔθυμος *(animosus)* pro εὔρυθμος 54,1, γένει *(genere)* 78,6, ἐμπεπτωκὸς ὅτι *(cadens quod* X: ἐμπεπτωκόσι*)* pro ἐμπεπωκόσι 128,2, ἢ *(aut)* pro ἃ 161,6 et 162,4 et omisit τις ante τοῖς 13,7, καὶ ἐπὶ τί 23,1 et ἃ post χρώμασιν 163,1 et 6. Inde ne praepropere colligamus codicem, quem T adhibuit, — littera Y eum insignire liceat — ab eodem quo codices graeci superstites archetypo repetendum esse magnus numerus locorum monet, quibus non X, sed Y lectionem genuinam servavit, ut 15,2 διασαφήσειε *(manifestabunt,* cum X habuerit διασαφηθείη*)*, 16,1 ἁπάντων *(omnibus* X: ἀνῶν i. e. ἀνθρώπων*)*, 78,2 μᾶλλον *(magis* X: μάλιστ' ἂν*)*, 98,3 εἴρωστοι *(bene fortes* X: εὐπάρωστοι*)*, 103,2 δέχονται *(appetunt* vel *accipiunt* X: χέονται*)*, 134,1 τὸ μέτωπον *(frontem* X: τῷ μετώπῳ*)*, 166,3 παρέχονται *(praebent* X: παρέχοντες*)*, 72,2 ἃ *(quae* X om.*)* 162,7 τι *(aliquid* X om.). 163,7 sq. verba οὔσης γὰρ τῆς τε φορᾶς — ἐπιτελεστικοὶ καὶ αἰσθητικοὶ quae in X ex antecedentibus perperam repetita sunt Y non habuit.

Ac si quis arbitretur has lectiones non esse traditas, sed ingenio librarii codicis Y — nam de interprete (T) nemo cogitabit qui meminerit eorum quae supra (p. 23 sq.) attuli — deberi, missam faciet hanc opinionem, ut ego meliora de forma genuina versionis edoctus missam facere[4]) didici. Num lectionem 115,1 ὡς τὸ ἄνω χεῖλος πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι πρὸς τὰς συγχειλίας, quae interpreti vertenti: *ita quod superius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum* (13,20) ante oculos fuit, emendatione scioli Byzantini oriri potuisse censes ex ea, quae fuit in X: ὡς ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι τὸ πρὸς τὰς συγχειλίας? Num p 64,1 verba ἦν λύεσθαι (9,19 *contingit dissolvi)*[5]) suopte ex ingenio depromere et post verba τὴν ἐπὶ τοῦ σώματος μορφὴν οὖσαν inserere potuisse censes unum ex istis magistellis? Istud homuncionum genus quid valuerit, ostendent tibi lectiones codicum DL hoc loco manui correctrici debitae ἦν pro ἔτι et μένειν pro οὖσαν. An qui ita in arte emendandi principem se exhibuit, eum leviora menda, quae multa remanserunt, non sublaturum, immo vero nova illaturum fuisse putas? Nam sunt etiam falso in Y scripta vel omissa, quae recte in X leguntur. Et quid, quaeso, de iis locis iudicabis, quibus Y lectionem quidem integram non praebet, sed partem veri servavit, quae deest in X, qualis est locus 4,17 *quidam autem ex moribus apparentibus, quales mores dispositionem sequantur.*

---

[1]) Duobus locis (R 251, 26 et 272, 24) quibus *est* deest sine dubio casu excidit.

[2]) Cf. Susemihlii ad P 6, 10 notam.

[3]) P 261, 14 *ad iudicandum;* 265, 9 *ad laedendum;* 553, 3 *ad faciendum;* P 546, 10 et R 305, 7 *in faciendo;* R 253, 4 *in habendo;* R 208, 2 *in exhortando.*

[4]) Aliter sensi de Aristot. quae fer. phys. rec. p. 23 sq.

[5]) Cf. 69, 8 ἔστι διαγινώσκειν = 10,8 *contingit cognoscere.*

sequitur autem unusquisque modus iracundo, timido, coeunti et unicuique aliarum passionum = *οἱ δέ τινες ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων ἠθῶν, οἷα ἤθη διαθέσει ἕπεται· ἕπεται δὲ ἕκαστον ἦθος τῷ ὀργιζομένῳ, τῷ φοβουμένῳ, τῷ ἀφροδισιάζοντι καὶ τῶν ἄλλων δὴ παθημάτων ἑκάστῳ* (11,1), quo *ἤθη* et *ἕπεται δὲ* falso in X omissa sunt?

Atque huic opinioni convenit, quod Y neque cum singulis codicibus neque cum una e tribus familiis (KP et DL et FH) neque cum alterutra classe (KP et DLFH) ita congruit, ut uni ex his tribui possit, sed modo, etsi rarius (13,9 *de pedibus et coxis* = 109,5 *περὶ ποδῶν καὶ μηρῶν*, reliqui codd: *περὶ μηρῶν καὶ ποδῶν* et 14,23 *ad boves* = 131,6 *ἐπὶ βοῦς*, reliqui: *ἐπὶ βοῦν)* cum priore classe (KP) consentit, modo cum altera classe (DLFH), ut 5,8 *similia hiis quae* = 14,8 *ἐπειδὰν ὅμοια τῶν* (KP *ὅμοιός τις ᾖ)*, 5,7 *corporum* = 14,10 *σωμάτων* (KP *σημείων)*, 5,12 *aliquid* = 15,10 *τι* (KP om.), 5,19 *sed quod* = 18,1 *ἀλλ' ὅτι* (KP *ἄλλο τι)*, 6,10 *de phisionomizatis* = 22,7 *περὶ τῶν φυσιογνωμονουμένων* (KP *παρὰ τῶν φυσιογνωμονουμένων)*, 7,9 *hoc* = 32,7 *τοῦτο* (KP *τούτω)*, 7,10 *oportere* = 32,10 *δεῖν* (KP *δυεῖν ἕνεκεν)*, 7,17 *horum dicta* = *τωνδι εἰρημένα* (KP *τῶν διῃρημένων)*, 9,22 *in ipsis* = 65,1 *πρὸς αὐτοῖς* (KP *πρὸς αὐτὸ)*, 10,16 *enim* = 72,10 *γὰρ* (KP *δὲ)*, 10,17 *conamur* = 72,2 *ἐπιχειροῦμεν* (KP *ἐπιχειρῶν μὲν)*, 14,2 *acutum* = 120,1 *ὀξεῖαν* (KP om.), 14,21 *quoniam* = 131,2 *ἐπειδὴ* (KP *ἐπεὶ δὲ)*, 16,22 *ante nasum* = 150,2 *πρὸ τῆς ῥινὸς* (KP *πρὸς τῆς ῥινός)*, modo cum KPDL, ut 6,24 *gravis* = 28,2 *βαρεῖα* (H *ἀνδρεία* F *ἀνδρία)*, 8,8 *cotile rotunda* = 44,2 *κοτύλη στρογγύλη* (FH *κοτύλαι στρογγύλαι)*, 9,5 *praecipites* = 56,3 *προπετεῖς* (FH *προπετῆ)*, 10,18 *assuetudinem manuum* = 73,2 *τὰς χειροηθείας* (FH *τὰ χειροήθη)*, 10,22 *minus defensiva* = 75,3 *ἀναλκέστερα* (FH *ἀληθέστερα)*, 10,22 *quae — nutriuntur* = 75,4 *τρεφόμενα* (FH *στρεφόμενα)*, 11,15 *et iustum* = 84,3 *καὶ δίκαιον* (FH *ἀνδράσι)*, 11,16 *opus fortitudinis* = 85,2 *ἔργον ῥώμης* (FH *ἔργα ῥώμην)*, 11,19 *coxas* = 86,6 *μηρούς* (FH *μακρὰ)*, 13,22 *nobiles* = 116,5 *εὐγενεῖς* (FH *ἀσθενεῖς)*, 17,18 *et* = 161,6 *καὶ* (FH om.), 18,9 *in* = 166,2 *εἰς* (FH om.).

At, dicet quispiam, plura huic opinioni obloquuntur. Primum enim, si tu Y non e X derivas, sed fontem per se constantem atque illi parem, immo vero etiam meliorem esse dicis, quomodo explicabis, quod Y certa quidem vitia cum alterutra classe DLFH communia habet, ut 14,8 *ὅμοια τῶν* (5,5 *similia hiis quae* KP: *ὅμοιός τις ᾖ)*, 14,10 *σωμάτων* (5,7 *corporum* KP: *σημείων)*, 18,1 *ἀλλ' ὅτι* (5,19 *sed quod* KP: *ἄλλο τι)* 22,7 *περὶ τῶν φυσιογνωμονουμένων* (6,10 *de phisionomizatis* KP: *παρὰ τῶν φυσιογνωμονουμένων)*, 34,6 *τωνδι εἰρημένα* (7,17 *horum dicta* KP: *τῶν διῃρημένων)*? Vitia manifesta sunt, sed nihil obstat, quominus ea iam archetypi, e quo et Y et X fluxit, propria et a correctore familiae KP sublata esse statuamus. Omnia enim talia esse, ut corrector artem aliquatenus callens, dummodo rerum conexui operam dederit, facillime sanare potuerit, quivis concedet. Et vestigia manus correctricis[1]) iis locis apparent, quos parum feliciter temptavit, ut 32,7 *τὸ γὰρ δύνασθαί τινων ὄντων ἀναγκαῖον εἶναι ἴδιον ὑπολαμβάνομεν φιλοσοφίας, ὅπερ ἐστὶν ἐναντιοῦται τοῦτο κατὰ τὰ πάθη φυσιογνωμονεῖν καὶ τὰ κακὰ* verba corrupta et lacunosa sic mutavit: *τὸ γὰρ δύνασθαί τινων ὄντων ἀναγκαῖον εἶναι ἴδιον ὑπολαμβάνη μὲν φιλοσοφίας, ὅπερ*

[1]) Postquam dissertationem de Aristotelis physiognomonicis recensendis scripsi, vestigium codicis, qui ad eandem familiam atque KP referendus videtur, apparuit. Codex enim ille celeberrimus Parisinus gr. 1741 saeculo XI scriptus olim post artem rhetoricam et poeticam Aristotelis in quaternione *λγ'* inter folia quae nunc sunt 199 et 200 etiam Physiognomonica continuit, atque haec idem opusculum *(τοῦ αὐτοῦ σημεῖα περὶ εὐδίης καὶ χειμώνων καὶ ἀνέμων)*, quod in KP, secutum est, ut ex indice elucet, quem H. Schenkl in Studiis Vindobonensibus IV p. 60 publici iuris fecit. Hunc autem codicem manum correctoris expertum esse constat.

ἐστὶν ὅτε ἐναντιοῦται τούτῳ κατὰ τὰ πάθη φυσιογνωμονεῖν καὶ τὰ κακά et 32,10 *περὶ φωνῆς κατὰ μὲν τὸ πάθος ἐπισκοπῶν ὀξεῖαν οἰηθείη ἄν τις δεῖν τιθέναι τοῦ θυμοειδοῦς* post vocem *δεῖν*, quia huius prima littera *δ* cum *ε*, ut saepe, ita colligata erat, ut speciem vocis *δυεῖν* praebere videretur, *ἕνεκεν* praepositionem, unde genetivus penderet, inseruit, quamquam non de duobus argumentis agitur. Etiam *πρὸς αὐτὸ* pro *πρὸς αὐτοῖς* 65,1 mala mihi videtur esse coniectura.

Ac ne illud quidem quod Y cum alterutra familia secundae classis (FH) in quibusdam vitiis concinit, sententiam meam labefactare potest. Sunt enim ea et paucissima et minutissima, ut casui tribui queant.

Deest enim 32,2 *ἐξ*, nisi T vel librarius archetypi, unde codices nostri fluxerunt, *ex* ante *illis* omisit, in Y aeque atque in FH; 12,4 Y et FH praebent *καὶ* (T *et*) pro *κατὰ*, quas duas voculas sexcenties confusas esse nemo nescit, 68,8 Y et FH *θερμότητος καὶ ψυχρότητος* (T 10,3 *a caliditate et frigiditate*) pro *θερμοτήτων καὶ ψυχροτήτων*, quae fere differentia nulla est, cum terminationes *τητος* et *τήτων* per compendium scriptae simillimam speciem habeant. 20,6 archetypus praebuit *περὶ τῶν φυσικὰ παθήματα* errore, quem H, ut qui omnium religiosissime descriptus sit, retinuit, F et Y in *περὶ τῶν φυσικῶν παθημάτων*, duarum reliquarum familiarum principes in *περὶ τὰ φυσικὰ παθήματα* mutaverunt. Contra recte 126,3 Y (T 14,11 *valde parvam*) et H lectionem archetypi minus clare depictam *μικρὸν ἄγαν* servaverunt; vero proxime remansit F *μικρὸν . . ταν*, magis recessit K *(μικρὸν νῶται)* P *(μικρὸν νῶτα)*, maxime DL *(μικρὸν νῶτον)*. Item Y et FH 147,7 articulum *τὰ* (T 16,14 *ea quae sunt circa pectus*) ante *περὶ τὰ στήθη* recte servaverunt.

Denique ne quis e consensu qui 74,3 in lectione *ἐρρώμεθα* (T 10,20 *fortes sumus*) inter Y et DL cernitur, cum KP *ὁρώμεθα*, FH *αἰρόμεθα* praebeant, illam lectionem non e X in DL manasse, sed correctori huius familiae deberi iam ante hos duos annos in dissert. de Arist. physiogn. rec. p. 21 probasse mihi videor.

Haec si recte disputata sunt, ut videntur, elucet etiam maius esse pretium versionis quam tunc statueram. Non enim e X, sed ex alio fonte hic illic puriore fluxit.

Haec iam scripta atque typis mandata erant, cum Ioanne Veludo comiter, ut solet, intercedente a Marco Girardo, bibliothecario Patavino, cui plurimas grates hoc loco agere liceat, certior factus sum accuratius de codice bibliothecae Antonianae Patavino 370 Minciottum quam quem ego crediderat (p 22) Tomasinum rettulisse. Iam igitur neque persona neque aetas interpretis (T) latet. Vertit magister ille Bartholomaeus de Messana iussus a Manfredo, qui Siciliae regnum ab anno 1258 usque ad 1266 tenebat, non solum Aristotelis problemata, de principiis, de mirabilibus auditionibus, de signis, sed etiam ‚physiognomoniam'[1]. Extat enim in huius fronte aeque atque in reliquis quae antecedunt titulus: *Incipit Liber de physiognomonia translatus de graeco in latinum a Magistro Bartholomeo de Messana in curia illustrissimi Manfredi serenissimi regis Siciliae scientiae amatoris de mandato suo.* In fine problematum, a quibus codex incipit, legitur hoc distichon:

Rex Manfrede, mei scriptum lege Bartholomei,
Portus et ala Dei sis mihi causa spei.

[1]) Libellis qui his succedunt de inundatione Nili, de mundo, de animalibus, de differentiis spiritus et animae, de motu animalium in codice tantum titulus praefixus est: *Incipit liber aristotilis de,* nomen interpretis deest.

Iam hoc quaestionum subtilium campo spinoso relicto ad maius augustiusque negotium animus erigendus edictoque longe pulcherrimo haec charta exornanda est.

Anno enim circumacto recurrit dies faustissimus quo nullus laetior universae patriae illucescit, quo die Augustissimus Clementissimusque Princeps, Germanorum Imperator Rex Borussiae GVILELMVS I, lucem adspexit. Indicenda igitur sunt sollemnia ab Universitate Christiana Albertina in magna aula die XXII mensis Martii hora I post meridiem celebranda, in quibus omnium communia vota laetitiamque oratio ab eloquentiae professore publice constituto, Richardo Foerster, patrio sermone habenda interpretabitur.

His sollemnibus ut prompto lubentique animo interesse velint, ea qua par est observantia magistratus Regios perillustres cum civiles tum militares, magistratus urbicos summe colendos, sacrorum antistites maxume reverendos, gymnasii et scholae realis superioris rectores et praeceptores honoratissimos, nec non viros spectatissimos ornatissimosque, qui aliquo officii vel studiorum vinculo cum academia nostra coniuncti sunt, denique urbis incolas et quicunque patriae nostrae favent cupiuntque, rogatos invitatos esse volunt Rector et Consistorium academicum Universitatis Kiliensis.

Dabamus Kiliae Holsatorum die XII mensis Martii MDCCCLXXXIV.